

1755 Mai 30., Zug

A

SCHREIBEN VON PFARRER [UND DEKAN] BEAT [KARL ANTON WOLFGANG]
WICKART [AN BEAT FIDEL ZURLAUBEN]

"Posta Lucernensis mihi porrigebat aestimatissimas Vestras, Quas repetito osculo excipiebam utpoté nuntias plenae sanitatis vestrae, Quod Deus ter O: M: iubeat attingere annos Nestoreos comitante plenitudine omnigoeno prosperitatis quo ad utrumque hominem in gloriam totius Patriae, Familiae Jllustrissimae, et consolationem meam. Et quod gaudium meum elevat ad 8.^{vum} gradum, deprehendi aestimatissimas oneratas, vel potius exornatas acclusâ historiâ ecclesiasticâ quosdam Parochos Presbyteros Tugienses tempore Reformationis [1531] praetensae existentes coloribus vivis depingente, quod historiam iam iam actis Parochialibus in subsidium memoriae perpetuae inserveram, ut Laus Vestra ab omnibus saeculis futuris decantetur.

Jam devolvor ad breviter dandam descriptionem Titl. Reverendissimi DD: Equitis avunculi Vestri [Abbé **Beat Jakob Anton Zurlauben**; dieser verstarb dann am 24. Juni 1755] calamo minus grato (Quem amo sine fine) Hic pede tenetur aegroto, unius mali initium consistebat in modicissimâ ulceris crustella, ita modo saeviter, excurrente, ut spatium palmarium longé excedat cum excessu tam furioso, ut a tribus primis septimanis noctes duxerit insomnes, eiectus esse lecto. Sed huius dolorosae vitae quis largiorem affundit materiam, quam culter Jn hospitalis Chirurgi liberaliter excindens carnem, quae saepius apparebat nigra. Verum Deo sint laudes, caro modo obedit reconvalescens: hinc nisi anguis lateat sub herbâ, id est, nisi malum in partibus corporis inferioribus suas miserit radices, gratulatio proximé sequetur.

Scenam scriptionis meae insequitur iam altera: Jn ultimis comitijs civitatensibus [=Gemeindeversammlungen von Zug?] Legatus denominabatur pro Partibus Vetra montanis (Uber berg [d.h. die Alpen]) [=Ennetbirgische Vogteien] Hunc honoris titulum affectabat Titl. D.D.^{nus} Collonellus [Johann Jakob] Colin [=Kolin] oblatâ taxâ 5 bazeorum [-Trölen-]: ast Cives repudiatâ hac taxâ praeligebant Dominum senatorem [Johann Sebastian] **Schell** [der dann tatsächlich als Tagsatzungsgesandter von Stadt und Amt Zug an der Jahrrechnung von Lugano und Locarno vom August 1755 teilnahm]¹. O Cymbalum tinniens! Jnterim murmur currit, acsi DD^{nus} Schell, et DD^{nus} [alt] Ammannus [und derzeitiger Stadt- und Amtsrat Johann Kaspar] **Lutiger**, cui quoque conferebatur Legatio Frauenfeldensis [d.h. an die Jahrrechnung vom 7. Juli bis 2. August 1755]², inter se causam nutrierint communem. Altera die Tit. DD.^{nus} Statthalterus [Jakob Bernhard **Brandenberg**] solemniter valedixit offi-

cio Statthalteri; sed interiectâ totius Parlamenti (Statt und Amt[rä-
te]) suadâ reconfirmabatur: alias hac suadâ emanente duo Competentes
fuissent numerati, nempe titl. DD.^{nus} [alt] Stabführer [der Stadt Zug
und derzeitiger Stadt- und Amtsrat Franz Michael] **Bossart**, et tit.
DD.^{nus} Colonellus Colin; in cuius vero partem palma se inclinâsset,
dubitaster relinquor: Jd autem scio, ne mini vix amplius fidendum.
Hinc fide, sed cui fidas, vide.

R: DD.^{nus} [Josef] Antonius Land[t]wing [ein unverpfründeter Priester
in Zug] non vino tinctus, sed extinctus vi mortis: sorte autem relic-
tae suae haereditatis evasit Beata Clara (claré ut loquar) Clara NB
olim chara, sed care Vobis constans, Clara, inquam, Landwing. Defuncti
suppellex amplissima offerrebat venalis, quae etiam per viam emptio-
nis distrahebatur instar Venti. Cur? quia ipsa Venti more, ore, et re
erat scandalosè jnstabilis. Talis quid meretur?

R:P: Michael [Wickart] Capucinus secretarius Generalis [- 1733 wurde
Wickart Sekretär des Generals des Kapuzinerordens in Rom, Bonaventura
Barberini -] Tugij adventans paucis post diebus in suis armis gentili-
tjis prae se ferens falcem, reipsâ eandem, nempe mortis expertus est
iuxta illud [- dieser starb am 24. April 1755 in Zug -]³.

Mors est Stemma meum, falx quia lemma ferum. Hic licet Capucinus non
minus habens reperiatur, in materiâ facultatis Capitalium, prout
fama spargitur. Sané sors obtingeret aurea suo nepoti **Wickhart** ju-
niori.⁴

Jam devenio ad nova haud bella, quia bella sunt exorta Cantonem Ura-
niensem inter et Eiusdem subditos, vulgo Lifener [- Niederschlagung
der Unruhen in der Leventina -]⁵, Qui tantam sibi contraxerunt disgrati-
am Helvetiae, ut copiae militares iam fuerint paratae, ita ut Lucer-
nenses terram actualiter inviserint Uraniensem [- Truppenkontingent
Luzerns für Uri -]: reliqui veró Cantones Glarona exceptâ suas coege-
rint turmas ad expeditionem momentaneam. Rebelles [=Untertanen] id su-
bodorantes, et videntes se longe inferiores vinctas, victasque dabant
manus. Qualis autem merces Rebellibus immineat principalioribus ad id
procul dubio respondebit locus supplicij cruentandus. Vel similem sor-
tem Mandrin[?]⁶ insignis effugiet né?

De bello dilabor ad gentem belligerosam in Patriâ nostrâ noviter ob-
viam, quam sibi habet sequacem Tit. DD.^{nus} Eques et Senator [Johann
Franz Anton Fidel] Landwing, Qui coram congregatis civibus [an der Ge-
meindeversammlung der Stadt Zug] adpromisit, si scilicet consilia sua
His placerent (quae etiam unanimiter placent) quod intra spatium duo-
rum mensium Martem, artem militarem in Tugienses infundendum non dubi-
tet. Mirum! si ex quolibet trunco fieri possit **Mercurius**. Sed ratione
huius vivam ego sine curâ, et curavi. Ast erravi. Nonne qui primus cu-
ratus Tugij existo, propter curam esse non possum sine curâ?

Harum Latorem non recomendo, recommendant Eundem propria sua merita, ita ut juventuti suae insideat senij virtuosij apparatus."

- 1) s. EA VII 2, 157 (Nr. 148) und 158 (Nr. 149)
2) s. ebenda 149 (Nr. 144) 3) s. Helvetia sacra V 2, 737
4) Falls es sich hier um einen wirklichen Neffen P. Michaels handelt, kann aus Wickart/Abstammung nicht eruiert werden, wer hier gemeint ist.
5) s. AH 90/6 6)

Mandrin

Original - AH 90, 132-133

41

1754 April 9., Bern

A

SCHREIBEN VON [UNTERLT. ANTON HANS RUDOLF] VON DIESBACH¹ AN BARON [BEAT FIDEL] ZURLAUBEN, "BRIGADIER DES ARMEES DU ROI [LUDWIG XV.] ET COMANDENT DE LA COMPAGNIE COLONELLE [=KOMPAGNIE ZURLAUBEN] DU REGIMENT DES GARDES SUISSES. RUE NEUVE DE LUXEMBOURG", PARIS

"J'ai l'honneur de Vous adresser celle cy pour Vous apprendre Qu'ayant eus le malheur d'attraper une Maladie Qui me fait gardér la Chambre depuis plusieurs Jours. J'ai été forcé de renvoyer mon d'Eparg [=*départ*] à Quelques Jours D'icy. Je suis au d'Es Espoir [=désespoir] ... d'estre dans l'impossibilitér de me rendre aussi exactement Que je le désirerais, à Vos Ordres et à mon devoir, mais come ce sonts la de ces Contretemps au Quels tout le Monde est exposéz, J'espere Que Vous m'excuserais et ne me scaurais pas mauvais grés sj je passe de Quelques Jours cellui Que Vous m'avés fixé pour mon arivée. soyés assurés Que ... [ce seras le moins Que possible et Que je ferais aussi Grande diligence Que l'estat de ma santés, me le permét, d'autant plus Que mon Gout m'j porte et Que J'ai dans l'Jdée Que l'Eair et le séjour de Paris hateront mon entiere Convaléscence.

je Vous prie ... de Vouloir bien m'excusér auprès de Monsieur le Colonel [aux gardes, **Beat Franz Plazidus** Zurlauben] et de Lui représenter en l'assurent de mon très humble Réspéct Qu'il n'y à Q[u]'une impossibilitét et nécessites Absolue Qui puisse me faire méncquer d'une minute à ses Ordres.

J'ose aussj vous prier d'assurer de mes Obeissences à Monsieur le Baron [Georg Franz Josef Ignaz] de Roll. et beaucoup de Compliments aux Officiers de la Compagnie.

et Vous Obligeres infiniment cellui Qui à l'honneur d'estre ...".